



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Ex discipulis Sancti Thomæ, præsertim pro affirmatiua citatis, negatiua nostra genuina Sancti Thomæ sententia esse conuincitur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

quia illum actum agit; sed quia taliter agit. Primum habet à Deo; non autem secundum. Rursus ad 2. principale hac Gregorij solutione recitata: Dico Deum se-qui determinationem voluntatis creatæ. Quoniam ideo Deus agit illum actum, quia cum voluntas agit; & non ideo quia Deus agit illum, voluntas agit illum. Et ideo magis proprie dicitur Deus coagere voluntati in causando talem actum, quam voluntas dicitur coagere Deo. Quibus Capreolus. Apparet mihi, quod aliter iustè melius dici, quod quantum ad omne positum, quod est in actu voluntatis creatæ est posterior actione Dei: ut primo loco dixerat, ac sine articuli §. Ad fix- tum dicit Gregorius: contra hunc ait: Deum velle istum actum esse ab homine quantum ad omne, quod est bonum in actu.

3. Ruiz de Montoya d. 39. de voluntat. sect. 3. num. 15. Respondet Capreolus solum docere velle Deum, ut ab homine sit actus prauus, quatenus tendit in bonum in communi. Sed expressè loquitur Capreolus de omni positiua tendentia in actu prauo incli- natio, quæ est ad tale etiam bonum apparens. Verum Capreoli mens de prioritate nature, & causalitatis diuine motionis ad nostram in actu prauum, viliusve libetum nostrum actum minime est. Siquidem id ex- pressè negat loco recitato ex d. 28. & ea ipsa d. 37. art. 3. ex quo nobis opponitur, ait Dei motionem non determinare voluntatem creatam ad aliquid de se ma- lum. Et ad 1. aliorum his Gregorij verbis responder. Sicut Deus, non agit: et ut a rectam rationem faciendo hominem, qui possit malum actum facere; cum eum ad illum faciendum non cogat, vel inducat: sic neque agit contra rectam rationem non subtrahendo illud, sine quo homo non potest facere actum malum; neque tan- tum excitando, vel faciendo, ut homo faciat talem actum, illud autem, sine quo non potest homo malum actum facere est coefficientia Dei. Non ergo præmo- tio, & præperatio, physice prædeterminationis: maxi- me cum adhuc inductionem nostram in illum in Deo ne- dum determinationem ab illo, admittat. Id quod in- signis etiam Thomista, eiusque discipulus Deza ead- em d. 17. art. 2. docet sic argumentum 1. propo- nit. Si Deus coagere actum voluntatis: aut hoc est, quia sequitur determinationem voluntatis in illo actu sic, quod voluntas prius natura determinat se ad actum illum, & ex hoc Deus coagere voluntati determina- re, aut è contra, prius Deus determinat se ad agen- dum & voluntas nostra sequitur voluntatem eius. Respondet vero art. 4. Ad secundum principale di- citur: quod Deus coagere voluntati primo modo diui- sionis. Et d. 28. q. vi. artic. 4. ad 12. ex dictis à se artic. 3. notab. 1. & d. 34. quæst. 2. art. 3. notab. 4. circa med. ait [ipsa voluntas secundum se considerata illius defectus est causa, cum sit domina sui actus, ac per hoc ad virtutem libera. Unde ipsa se ipsam determi- nare potest, & huic, vel illi, id est bono, vel malo, adherere, & regulam attendere, vel non attendere.] Cum igitur utrique & Capreolus, & Deza, quatenus ad Dei concursum, & cooperationem cum creatâ vo- luntate ad actus eius, & speciatim prauos, illam, nec prænam physice, nec prædeterminationem eius ad ipsos motum, sed comitantem, imo, ratione aliqua, nostra cooperatione, & determinatione afferant po- sterioritatem: obiectis locis de prioritate nature diuine operationis, & concursus ad actus prauos minime il- los loqui manifestum est. Loquuntur ergo de priori- tate dignitatis, & maioris vniuersalitatis, quam di- uinas: & motionis, seu determinationis à Deo volun- tatis nostris indita; & congenita ad bonum in communi, ad quod determinat quoad speciem volun- tates nostre nature, atque à Deo conditæ sunt: & ex his in particulari, siue vera, siue solum apparen- tia apparet bonum, & prohibitum è sua determinatio- ne sequitur, iam illud taliter, & deformitas ad- eam, quam à Deo esse, eamve à Deo induci Capreolus sequitur. Quocirca, & si Deum velle, ut quicquid po- situm in actu prauo est, homines faciant, asserat loco recitato, de actu, non secundum determinationem ab eis, ut sit, intelligi potest, in quo est talitas vitiola, & Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

moralis deformitas; sed solum secundum physicam in- fluxum ea determinatione voluntatis creatæ minime ac- tenta, & voluta: quia seclusa ipsa voluntatis liberæ con- ditione, ut facere possit, quæ velle, physicum eius in- fluxum voluit: ceterum, si illum ex voluntatis in his circumstantiis determinatione fieri velle, ad idque illam prædeterminaret: plane illud taliter, & deformati- tatem moralem, quam à Deo amari, causalique, & Ca- preolus, & Deza catholice, & constanter negant, & vel- let, & causeret.

4. Contradus (præter loca ex ipso recitata q. 6. con- tra prædeterminationem nostrarum actionum liberarum præiunctiones vniuersum, & q. 7. pro communi causa li- beræ definitione) speciatim de actu prauo ait 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3. Stante motione Dei, qui mouetur ad volen- dum, quantum ad exercitium actus potest se habere vo- luntatem determinare per rationem, vel intellectum ad hoc, vel illud bonum, quod est quodammodo secundum quid bonum, & in veritate malum: & sic incidit ra- tio peccati. Intelligit autem motionem Dei ad volendum bonum in communi; siquidem repulsa alia quavis præ- motione impressa voluntati, ac subinde præiunctione ad bonum particulare addit. Hac motione præsupposita vo- luntatis per innatam libertatem ex indeterminatione ra- tionis potest sub ista motione Dei se determinare ad hoc, vel illud bonum, & ex hac ratione incidit pec- catum, quæst. 79. art. 1. col. 3. §. Nota inquam, sic ha- bet. Non enim, cum aliquis vult, oportet antequam ve- lit, præcedere motionem Dei (loquendo de naturali, vo- litione, vel mala: nam ad bonam Dei motio per gratiam præcedit) Intimiorique Dei, quam voluntatis concursu affecto. Talis, inquit, effectus non habet necessariam ha- bitudinem ad causam primam, sed contingentem: quia fit ab ea secundum conditionem voluntatis, & causa secunda, quæ est contingens. Unde habet motionem co- operationis propria actioni creatura, & secundum modum eius. Unde, si Deus ageret ex necessitate nature, stare- nihilominus contingentia rerum propter defectibilita- tem, & libertatem causarum secularium. Explicato- que intimiore, & perfectiore, ac dignitate prioris Dei concursu ad nostros, etiam actus prauos, §. sequente doctrinam Scoti in 2. d. 37. §. Ad solutionem istorum à nobis recitandam, quæst. 2. cert. 1. ad verbum tran- scribit. Nempe Deum non esse causam deficientiæ, quia ex boni potius intentione concursum affert, quo viti- o, & determinatione sua, ad malum abutitur crea- tura. Denique quæst. 80. art. 1. ad 3. ad dicta quæst. 9. se referens de motione Dei in bonum vniuersum sumptum ait. Intellectus, & voluntas virtute huiusmodi principij naturaliter, & primo tendunt in verum, & bonum in communi; sed ad particulare bonum voluntas seipsam per consilium rationis determinat. Ita, quod illud exte- rius principium, est causa vniuersalis omnis interioris motus; non tamen adinse libertatem voluntati deter- minandi se ad hoc, vel illud bonum, quod scilicet est ve- rum, vel apparet. Quo explicat illud S. Thom. sine eius articuli. Deus est vnica causa principij omnis interioris motus humani; sed quod determinatur ad malum con- silium voluntas humana, hoc directè est à voluntate humana.

5. Citatur pro affirmatiua Caietan ex 1. Reg. cap. vii. sub init. dicens, Deum incitasse David ad numerandum populum, & gaudium de eius numeratione positum, quo ad eius desiderij, & gaudij entitatem, cuius Author, & causa Deus erat; & permittit, quæ peccatum erat, & ieraculo 6. q. 2. ad id quod facit, sic citius. Secundo sensu inquit, secundum bonum est bonum nature ipsa- rum actionum lude. Omnis enim actio quantumcum- que mala moraliter, cum sit res aliqua, bona est boni- tate nature: & ut sic est à Deo: & quantum ad hoc verba Domini sunt præcipua & significant ordinem pro- uidentie ad accelerandum actiones lude, ut tempore statuto à diuina prædestinatione adimpleretur passio Christi: sicut enim malum non est Deum cooperari actionibus peccatorum, quantum ad bonitatem nature: ita malum non est illas præcipere.] Ceterum his Caietan verbis, ut sonant, voluntque aduersarij acceptis contra se, & contra ipsos obiectantes, & contra S. Thomam Patres reliquos, & Concilia Deum posse

Bbb

cent.
6. Citatur & Ferrara 3. cont.gent.cap.72. probans ex S. Thom. posse Deum primo mouere nos ad actionis prauæ entitatem, quin ad eius moueat deformitatem. Sed tamen, cum tam ipſus, & S. Thom. doctrina contra præſcriptiones, & phyſicas prædeterminationes noſtrarum liberarum operationum à Deo explorata ſit, vt vidimus q.5. cert.3. & q.7. cert.5. de alia præmotione Ferraram ex S. Thom. loqui ab ea, quam aduerſarij volunt ceriſſimum eſt. Nempe, de præmotione, ſeu prima motione Dei ad boni in communi profectionem, quoad ſpeciem, naturæ voluntatis congenite, æc quæ ad particularia bona proſequenda inducitur, ac defenditur: non tamen ex neceſſitate, fed libere atque ex electione ſua: quæ proinde, ſi ad prauum actum, & obiectum prohibitu- fit, ipſi merito imputatur, non Deo ita primo mo- menti, & præmouenti, imo ipſa voluntatis creatione ad boni vniu-riũ pernali profectionem volutatem, quoad ſpeciem, prædeterminantis, quoad exercitium vero actus prauĩ, in quo phyſico ſimultaneo concurſu coagit voluntas noſtra Deus, primo etiam, æc ſententia S.Th. Ferrara, & cæterorum diſcipulorum Angelici Præceptoris concutit Deus. Non quidem primatũ, ſeu prioritatẽ naturæ, & cauſalitatis, quæ noſtram euertere libertatem, & actionis prauæ, deformitatis ſubinde cauſationem in Deum plane reſunderet.) Sed primi maioris vniuerſalitatĩs, principalitatĩs, & intimi- tatĩs. Ex quo, licet perfectius, intimius actiones prauas noſtras, quoad phyſicum earum concurrere coniunctur Deus; etiam ad earum deformitatem, & proũt à nobis, noſtraque determinatione, ſue materiale peccati ſunt, minime concurrere Deus conuin- citur. Quare bene ex S. Thom. cuiusq; ſchola, & mente vtrumque Ferrara docet; quin aliqd doceat, quod hiſce prædeterminatiuis præſcriptionibus ad mate- riale peccati, vel leuitet, fauat.

7. Citatur etiam pro aduersariis Sotus, qui tamen ita Lutheranas, & Caluincas ad materiale peccati, siue prauas actiones confutat 1. de nat. & grat. c. 17. vers. fin. [Nam, nisi in nostra positum esset voluntate cum

CERTAMEN III.

*Pro negativa nostra sententia constam,
& expressus ubique S.
Thomas.*

1. **H**Athenus ē priscis, verisque omnium iudicio
Thomæ discipuli ducta pro negatui nolui sen-
tentia Angelicum Præceptorem fletisse demonstrat.
Sed quoniam pauculi ex aduersariis variis eius ap-
ponit in suas illum pariter, vel trahere conatur, vel ap-
pud minus doctos, eius mentem in dubium: res iam tan-
doctōris verbis, & sententiis ipsa agenda est: & (præ-
ter ea loca, quæ contra prædeterminationis prædeterminatos,
ac physicas prædeterminationis actionum voluntatis no-
stræ vniuersim ex ipso dedimus q. 5. 6. & 7.) spectamus ad
actiones nostras praeus plures eiusmodi prædicti,
& prædeterminationis negat in ad. 3. q. 1. art. 3. flatus
Dei decreto, & consensu necessario, vt creatura volun-
tate operetur ad 3. sub fin. inquit, [Illic defectus, qui est in
actu voluntatis non oportet, quod sit causa aliquis illi
defectus in voluntate præexistens: quia sic in infinitum
iretur, sed ipsam voluntas secundum se considerat il-
lius defectus causa est. Ille enim defectus in voluntate
est, secundum quod voluntas ad aliquid in debito modo
conuertitur. Eius autem, quod est conueri ad bonum
creatur voluntas dominium habet, quia libera est, non
creatur voluntas dominium habet, & agente naturali. Agens
enim est simile de voluntate, & agente naturali. Agens
enim naturale est determinatum ad vnum: ex sua natura:
vnde non potest esse causa actionis inordinatæ, cui pre-
hoc, quod aliquis defectus in ipso agente est. Volun-
tas autem non est determinata ad vnum, vel illi adhæret.]
determinat, secundum quod habet, vel illi adhæret.]
Cum autem decretum Dei de consensu cum voluntate
supponat, quantum ex parte Dei opus est, vt ad obli-
tum creatum prohibetur se suo affectu conuertat, agens